


DD V 18

Catechismus Novorum Discipulorum
S[anc]ti Augustini seu Jansenistarum.
Excerptus ex eorum propriis operibus.

G... impressus Ultrajecti 1732.

Latinitate donatus 1733



K-89

Catechismus
Novorum Discipulorum
S^{ti} Augustini
S^{eu}
Jansenistarum.

Excerptus ex eorum proprijs operibus.

Gabriei impressus Ultrajecti

1732.

Latinitate donatus

1733.

Leop. Scheuchner

Prefatio ad Lectorem.

In hac, quam degimus, temporis etate, nihil adeo commune est,
quam se profiteri discipulos *Sti Augustini*, quin tamen ipsi profi-
tentes sciant, quid profiteantur. ut proinde hoc ipsum peni-
tius agnoscant, subijcis oculis eorum, doctrinam suorum doctorum,
ubi ex ipsis citationibus colligunt, num fidem habeant. Simpliciter,
ignorantes, et perversa opinione praecipuati, item ij, quibus vel non
sufficit otium legendi grandia auctorum hujus doctrinae volumi-
na, vel non adfuit in his voluminibus auctores, referent in
hoc opusculo omne illud, quod de virtute, et scientia *Baij, Jan-
senij, Quevedij*, aliorumque hujus ordinis virorum adeo decanta-
torum velut portentosum jactatus, et spero fore, ut exinde di-
scant reprobare malum, et eligere bonum.

Prima Sectio.
De Ecclesia.

Discipulus: Quid est Ecclesia?

R. Respondens: Est ceteris filiorum Dei manentium in Eius Sinu, adoperatorum in H. S. V. Christo, Subsistentium in Eius Persona, redemptorum Eius Sanguine, viventium Eius Spiritu, agentium per Eius gratiam, et expectantium gratiam futuri Saeculi. C. Lucanell. 2. Theosal. 1^o.

Q. Suntne peccatores membra Ecclesiae?

R. Nos pertinemus ad novum foedus in tantum, in quantum pariter scimus nosse gratias, quae operatur in nobis, id quod Deus nobis praecipit. C. Lucanell. Heb. 8. 10.

Q. Quae sunt nota, et proprietates Ecclesiae?

R. Illa est Catholica, et comprehendit omnes Angelos Caeli, omnes electos, et justos terre. Et omnium Saeculorum. C. Lucanell. Heb. 12. 22. Nihil est ita patiosum, ut Ecclesia, nam omnes electi et justi omnium Saeculorum eam componunt. C. Lucanell. Ephes. 2. 52.

Q. Episcopus lapsus in peccatum, estne ille adhuc membrum Ecclesiae, habetne adhuc auctoritatem?

R. Sat clarum est, quod Episcopus lapsus in peccatum non possit se relevare per media Status sui; nam quam primum est in peccato, cecidit de Statu suo secundum vetus jus, et non subsistit amplius Calbe de S. Cyrano dans son aurelius; pag. 290.

Q. Destruitne peccatum mortale sacerdotium?

R. Non modo est destructio vinculi castitatis, sed etiam minima in, destructio hujus vinculi destruit sacerdotium. Calbe de S. Cyrano dans son aurelius pag. 219.

Q. Mali Sacerdotes Suintne Semper Sacerdotes?

R. Pertinet ad Ecclesiam corrigere malos sacerdotes, et eos rescin-
dere, si ipsi placet, et tunc non sunt amplius Sacerdotes. Idem dans
Les lettres. let: 92.

Q. Vbi est vera Ecclesia?

R. Deus me fecit cognoscere, quod non sit amplius Ecclesia; jam
decurrerunt quingenti, aut sexcenti anni, à quibus jam non datur
Ecclesia; ante hæc sæcula, Ecclesia erat quasi grande flumen,
claras habens aquas; at modo, quod videtur Ecclesia esse, non est nisi
canum; alveus hujus sulcetri fluminis idem modo est. Sed non sunt
eadem aquas. Caroles de l'abbe de S. Cyran au C. Vincent dans la
vie par Mr abellus Evêque de Rhodes

Q. Aedificavitne D. N. IESVS Christus Ecclesiam suam super
petram?

R. Verum est. Deus aedificavit Ecclesiam suam super petram.
Sed est tempus aedificandi, et tempus destruendi. Illa erat Ejus
sponsa; sed modo est adultera, et prostibulum; unde eam resu-
diavit; et vult ut illi substituaturs alia, qua ei fidelis erit.
Idem ibidem. Ecclesia non est alia res, quam quæ, ante sexcentos
ultimos annos. Response du même à l' Abbe de Brieres, qui l'
a deposed avec serment.

Q. Estne Papa caput Ecclesia? Prelati vero, curati, et po-
pulus Suintne Eius membra?

R. Tale corpus non potest censei Ecclesia. in alio sensu, neque
ex alia ratione, quam quod successerit in locum vera Ecclesia.
Sicuti, cum aqua lutulenta, et corrupta occupat alveum rivi,
cujus aquas fuerunt antea vive, clara, et salutare, adhuc sa-
men ejusdem rivi nomine appellatur, licet sit immutata per im-
miseram corruptionem. Idem ibidem

V. Estne corruptio non modo in moribus, sed etiam in doctrina Eccl^{ie}.
„clesia.“

R. Corruptio non modo est in moribus, sed etiam in pluribus, sanctis
doctrinae. Eius, et pauci sunt, qui possint dici veri filij Ecclesiae.
¶ Item ibidem: Veritates factae sunt, velut lingua exera pluri-
mis Christianis, et modus concionandi, est velut idioma incognitum,
adeo elongatus est à simplicitate Apostolorum, et supra captum
communem fidelium; et nemo observat, quod haec jactura, sit nota,
et indicium sensibile senectutis Ecclesiae, a ira Dei super filios
suos. L. Quenell. pag. 95.

V. Cur non clare publicamus hanc doctrinam?

R. Quia debet reservari ad operiendas veritates, quando erit mala vis,
positio ad eas audiendas, et ita parcatas contemptus, et alijs pravis
usibus, in impijs, tam diu, quamdiu potest. ¶ L. Quenell in Luc. 22.
V. 67. Tempus deplorabile, in quo creditur honorari Deus, cum per-
sequuntur veritatem, et ejus discipulos. Hoc tempus nunc advenit.
in quo ministri religionis reputantur, ut impij, indigni commercij cum
Deo, velut membra putrida, capacia corrupendi omnes in societate
sanctorum. Haec in hominibus probis est mors terribilior, morte
corporis. In vanum quisquam sibi adulantur ob puritatem in-
tentionum suarum, et zeli Religionis, igne et sanguine persequen-
do, probos. Si quis est obcaecatus per proptiam, aut abieptus
per alienam passionem, quum Altum edaminare velit, credit sepe
se Deo sacrificare impium, cum interim sacrificet diabolo servum
Dei. ¶ Item in Joan. 16. V. 2.

V. Quid facere convenit, in casu injustae excommunicationis.

R. Oportet imitari S^m Paulum, et tranquille sufferre excommu-
nicationem, ac anathema injustum, citius, quam proderet veritatem,

atque ita elongari, à se se erigendo contra veritatem, à rumpendo unitatem. S. Lucnell Tom: 99. Nunquam eximus ab Ecclesia, etiam quando hominum requiritiā videmur à ea expulsi, quando Deo IESV Christo, atque ipsi Ecclesiae, per charitatem affixi sumus. Ibidem Joan: 9. 22. Timor excommunicationis iniuste non debet nos impedire ab implendo debito nostro. Idem ibidem.

V. Quis habet potestatem excommunicandi?

Q. Excommunicatio est ultimum remedium extraordinarium, et reservatum pro incorrigibilibus in peccatis mortalibus. Ecclesia auctoritatem excommunicandi habet, ut eam exerceat, per primos pastores de consensu saltem presunto totius corporis. S. Lucnell in Matth: 18. 17. Tribunal Ecclesiae est ejusdem antiquitatis, cujus est Ecclesia ipsa. Sua potestas, et auctoritas puniendi, à excommunicandi ibi residet; data est illa corpori cum dependentia tamen à capite, per et in nomine totius corporis Ecclesiae à capite suo indivisibilis. Idem in 1. ad Cor: 5. 4.

V. Ergo Ecclesia est quaedam Republica?

Q. Episcopi accipiunt potestatem gubernandi à IESV Christo, et quidem, ut eam exercent in suo nomine ut ministri Ecclesiae, cujus potestatis proprietates residet in toto corpore hujus ipsius Ecclesiae, ut jurisdictio temporalis, quae est in quaedam Republica. Reversus libertez pag: 343. 344.

V. Cum auctoritas Episcoporum sit subiecta populo, an non poterit idem dici de auctoritate Regum?

Q. Deus est ille, qui permisit Statibus, aut illis, qui eos gubernant auctoritatem necessariam, sive jam, per jus naturale, sive per concessionem gratuitam. Nihilominus haec auctoritas magis essentialiter affixa est communitati, quam capiti, quod eam gubernat. Idem Tom. 1. pag: 344.

Secunda Lectio De Decisionibus Ecclesiae

V. Suntne concilia necessaria ad definienda dogmata fidei?

Q. Ecclesia semper credidit, quod in discordiis, quae inter Episcopos oriuntur, quibus habeat recurrere ad auctoritatem conciliorum, in ordine ad securitatem doctrinae, et restituendam tranquillitatem et pacem. Tem. de l' unio. de Paris tom. 1.º pag. 58.

V. Ergo in primis tribus saeculis haeretici non erant obligati ad mandandam sententiam, cum primum Concilium Generale habitum non fuerit citius, quam in quarto saeculo?

Q. Unanime Pastorum testimonium, et independens ab omni alia re, & absque alia discussione, omni tempore est quadam infallibilis regula veritatis. Supposito tamen casu discordiae, auctoritas Sedis non potest esse ex parte ministrorum pravaricantium. Tem. de la verité pag. 170.

V. Qui sunt illi ministri, qui habendi sunt, ut pravaricatores in casu discordiae?

Q. Supposito casu discordiae, seu divisionis, et defectus libertatis auctoritas Sedis invenitur ex parte numeri oppressi, et non ex parte numeri opprimentis. Idem pag. 170.

V. Ergo Episcopi Donatistae oppressi in Africa per Christianos Imperatores, et Episcopi Cicerilianistae occisi jussu Maximi habuerunt pro se auctoritatem Sedis?

Q. Hi Episcopi non habuerunt pro se consensum fidelium. Nam fuit divisio inter Pastores, audi eos, quorum iudicium confirmatum est per consensum corporis. Devert des libertez pag. 170. Tom. 1.º

V. An ergo corpus fidelium potest iudicium ferre de dogmatibus fidei?

Q. Jus decidendi non pertinet, nisi ad multitudinem reunitam, aut judicatam, & habitam ut reunitam, et hujus solum decisio respicienda est ut infallibilis: Lettre à M. D' autun. page. 10. Si Episcopi agunt contra clamores publicos sua Ecclesia, agunt et decidunt injusti, nulliter, et absque ullo valore. de La necess. de l'assell. pag. 232.

Q. Quid oportet facere, si nos quodpiam Concilium condemnat?

A. Judica de definitione Concilij ex impressione seu motu, quem fecerit in Ecclesia. Ten. de la Verite pag. 96. Nemo sibi unquam imaginetur, quod auctoritas Episcoporum in judicijs Ecclesiasticis sit independens ab approbatione fidelium: Conditio, et Status Ecclesia essentialiter requirit hunc consensum, ut eorum judicia habeant vim legis, et sint nunquam revocabilia. Idem pag. 96.

Q. Ergo, permissum est populo examinare decisiones Conciliorum?

A. Populus non est iudex, sed ejus consensus est essentialiter requiritus ad decisiones tales, ut docet G. Queonell in septimo Memoriali, pag. 10. saluum est, quod in omnibus circumstantijs auctoritas capituli, et Pastorum debeat reddere submissionem nostram tranquillam, et à scrupulis exemptam. Quare ergo non defendemus veritatem contra Laxam, et contra omnes Episcopos, qui eam in effectu assuquant. Remonstrance des fideles du diocèse de Paris. 1729.

Q. Habentne Episcopi jus decidendi non consentiente eorum clero?

A. Episcopi non consentiente clero suo, quid sunt tali casu, nisi Doctores privati, particulares, quorum suffragia non, plus habent, pondus, quam doctor capacitatis. Nouv. Mem. sur l'apel. pag. 7.

Q. Si omnes extranei Episcopi se declarent cum suo clero, pro una Bulla, oportetne ijs credere?

Quando omnes Episcopi Flandriae, Germaniae, Poloniae,
Italiae, Hispaniae, Suetaniae, et aliarum nationum à Gallia
distinctarum se aperte declararent pro una Bulla, eorum testi-
monium nullius esset considerationis. de la necess. de l'apel. Tom.
1^o avertis.

Q. Inde ergo poterit accidere, ut Cassa, et omnes ordines Ecclesiae
in errorem labantur?

R. Oratio illa, quam reperio in Privario Romano: ut Dominum
Apostolicum etiam me docet, quod sit possibile, ut omnes ordines Ec-
clesiae, quorum Pastorum ille Primus est, satiantur alterationem
aliquam in Religione. Dum vero religionem nominis, intelligo fi-
dem, et doctrinam nostram. Lettre à M de Noailles du 5 Janvier
1719. dans le Recueil des Mémoires, et des Lettres, qui a paru en 1717.

Q. In quo ergo tandem debes figere meum iudicium in materia fidei?

R. Neque in magno, neque in exiguo numero Episcoporum, sed
in robore rationum! Nouvel desene de la Réponse à la question
importante, pag 28 et 29.

Q. Quid iudicas de Bullis acceptatis in tota Ecclesia à tempo-
re huiusmodi, usque ad modernum tempus?

R. Cuiusmodi 19 Propositiones Rayo attributas condemnavit, sed
praeterquam, quod haec censura non sit acceptata ab Ecclesia un-
quam, nemo in hodiernum diem scit, quid voluerit condemnare in illis
et neque ipsi censores Romani id sciunt! Venit des libertez T. 1^o
pag 442. An non veritas potest dici, quod doctrina obscurata
per continuas confusiones, cum Pontifices non utantur ad sese in-
struendum medijs ordinarijs et canonicis, deus permittit, ut ignore-
runt verum statum disputationum, et sententiam sanctorum Fulcrant
sed verbis ambiguis! Dem. T. 1^o p 12. Bulla Vincan Domini non

minus equivoca est, quam reliqua. Idem pag: 21.

Q. Quid opus est ad acceptationem unius Constitutionis, si haec antecesserint Bullae non dum receptae. Sunt?

R. Aliqua Constitutio non potest esse acceptata ab Ecclesia, nisi vel per acceptationem expressam, vel per tacitam; acceptatio expressa requirit discussionem, examen, et iudicium, quae fieri nequeunt, nisi in quodam Concilio canonicè convocato; acceptatio tacita requirit, ut elapsum sit tempus infinitum sine ulla contradictione. Lettre d'un Magist. pag: 20.

Q. Grandi ergo Ecclesiae malo factum est, quod sit acceptata ultima Constitutio?

R. Cura et simplex acceptatio huius Constitutionis infligit vulnus longe funestissimum puritati Evangelij, et doctrinae moralis. Sembran. de l'univ. de Paris, pag 207. Ego respicio, et censeo hanc constitutionem, velut facinus summe damnosum fidei, quod unquam e penna Gylmarij I. C. S. V. Christi Vicarij emanare potuisset. Idem pag: 298.

Q. Quid ergo cogitandum est de Episcopis, qui hanc constitutionem receperunt?

R. In eorum Instructionibus Pastoralibus, neque justitia neque aequitas, neque bona fides reperitur. Sept. memo. du G. Luconell. pag: 63. haec virulenta instructio accedens acceptationi quam indignum facinus est! quanta ibi observantur artificia, mala fides, injustitia, ignorantia, et errores, etiam in capitulis punctis, ad fidem, pertinentibus! Exam. Theol. Tom. 1. pag. 9.

Q. Ita igitur Ecclesia in errorem lapsa est?

R. Quò Ecclesia magis senescit, et carnales homines multiplicatur, eò magis Ecclesia se corrumpit. Mem. Systeme du G. Luconell pag 297.

IV. Non oportet clarius loqui, quam loquamur?

R. Malum in Summo a seculo est, quo id adversarij exacerunt, iudicio hic congruenter axioma: extremis morbis extrema remedia. Experi-
mentum, quod habeo, curia Romana, et genij Monachorum me iu-
dicare facit, quod malum hoc non curabitur, nisi per elatam dudu-
ciam, et tumultum; et si, per hanc viam reduci nequeant, Serietate
men illa ad excusationem posteritati, et eius justificationem. Si di-
cipuli S. Augustini non ita se submississent, causa eorum non esset
in tam malo statu, velut modo est. Locuti sunt clare, et audacter,
quando jam tempus preterit, Roma, et Monachi ex eorum submissione
sua sumserunt incrementa. M. diot. Lettre au L. Quesnel du 12.
Nov. 1702.

V. Quid tandem dici potest de regimine Ecclesiarum?

R. Ecclesiae hodie valde male regitur. Papa est Generalis Semipe-
lagianorum; M. Malpica. clavis arcana; tempus presens est
tempus senectutis Ecclesiae, eius defectionis, et occasus; M. ar-
naud: frequ: Commun: pag 105. de la prefat: Sunt veritates gra-
vissimas in materia doctrinae et morum, quae nunc incognite sunt
Ecclesiae, licet in antiqua Ecclesia de his neque dubitatum fue-
rit. L'albe de Bareto neveu de S. Cyran la Grandeur de l'Eglise
Romain.

VI. Eritne Ecclesia infallibilis in Concilio Generali?

R. Ecclesia non potest infallibiliter decidere, quod sana doctrina
sit contenta in aliquo canone Concilij alicujus Oecumenici. Dis-
quis: de mente V. Bengert, pag. 5.

Tertia Lectio. De gratia IESV Christi.

V. Quid est gratia IESV Christi?

R. Gratia IESV Christi est gratia suprema, sine qua confi-

teri Christum nunquam possumus et cum qua illum nunquam abne-
gamus: damnata propositio 9. du B. Quenell: Gratia est operatio
manus Omnipotentis Dei, quam nihil impedire potest, aut retardare.
§. prop: 10. Eundem: Gratia non est aliud, quam voluntas Omnipoten-
tis Dei, iubentis et facientis, quod jubet §. prop: 11. Eundem: nulla hinc
illectoria, qua non cedant illectoria gratia, quia nihil resistit
Omnipotentis: §. prop: 16. Eundem: gratia Dei est invincibilis §. prop: 21.
Eundem:

4. Estne hac gratia IESV Christi necessaria ad salutem?

Q. Gratia IESV Christi principium efficiat omnis generis bo-
norum est necessaria ad omnes actiones bonas, magras et parvas,
faciles et difficiles, ad eas incipiendas, continuandas, et finiendas.
Sine ea non solum nihil fit, sed neque fieri potest. B. Quenell
super Joan: 15. v. 5. et Epus dunn: prop: 2.

5. Habemusne nos omnes gratiam IESV Christi?

Q. Evangelium nobis extulbet justum in persona S^{ti} Petri, cui
gratia sine qua nihil fieri potest, in quadam occasione defuit, ubi
tamen non possumus dicere, quod non peccaverit. Prop. de A. a. maud
censurée par la Sorbonne en 1036.

6. Estne verum quod Sorbona hanc propositionem censuraverit?

Q. Et si condemnata sit, non per Sorbonam, sed per factionem Je-
suitatum, et per violentiam manditam, hac tamen propositio non
minus manet catholica. Sane necio, quomodo aliquis adeo
audacter possit allegare hanc miserabilem censuram. Rem: non:
du B. Quenell, pag: 22.

7. Habentne tamen peccatores gratiam sufficientem?

Q. Post lapsum Adami non datur amplius gratia sufficientis, sed
tantum efficax. Sententia Molinistarum in hoc puncto est
leni: Pelagiana, et opinio Thomistarum est pura Aulitia.

et ineptia. M de Ligny Docteur de Doray dans un Lettre à Marnaud
du 21 Octobre 1690. et dans une autre du 1^r Fevrier 1690.

Q. Quid ergo judicandum est de gratia sufficiente?

Q. Gratia Sufficientis est gratia vana, inutilis salutem hominum,
quam Evangelium non agnoscit, S. Paulus ignorat, S. Augustinus
refutat, et qua nullibi reperitur apud S. Patres: Marnaud p. 92
D'un ouvrage, qui commence: in nomine Domini: satis est dicere,
quod gratia, quae dat nobis posse operari, etiam det operationem,
ut addiscamus, quod gratia Sufficientis, neque det posse perficere,
et quod remaneat sine actione: C. Herberon Miroir de la pieté p.
158: Si diabolus haberet potestatem dandi aliquam gratiam homini-
bus, non daret aliam quam sufficientem, cum illa tantum promoveat
ejus intentionem, quam habet ad homines damnandos: Marnaud
premiere apologie de Janocnius: Auxilium, quod dicitur Sufficientis,
non est nisi pro homine innocente, non vero pro statu hominis corrup-
ti. C. Herberon Meditations sur la Providence

Q. Nemo igitur resistit subinde gratia?

Q. Saepè contingit, ut gratia excitando nostram voluntatem non con-
ferat, nisi levem complacentiam, et debile desiderium ad bonum,
unde illi non dat Sufficientes vires ad perficiendum id, quod inspirat.
Voluntas, constituta in tali debilitate non sequitur motum gratia,
et nunquam amplectitur bonum, cujus solum concepit desiderium.
Et hoc est, quod vocamus resistere gratia, et hoc ipsum accidit Re-
pulsione. Hinc non possumus justè dicere, quod voluntas, qua
hanc exeret resistentiã, habeat auxilium Sufficientem, et potentiam
perfectam ad sequendum motum, et impressionem gratia. Hoc enim
est impossibile intelligere, nisi concursum forte inefficacem, et valde debilem
et nullo modo esse Sufficientem. C. Herberon Miroir de la pieté, pag. 158.

Q. Ad quid ergo servit gratia Sufficientis in Seno Thomistarum, cujus
mentionem facit in nostris libris?

Q. Illa valde accomoda est in hoc tempore caliginis, et nebula-
rum ad occultanda mysteria gratia. Si illa non sufficit actioni, ob
quam appellatus sufficiens, sufficit tamen nostrae protectioni
contra haereticos adversarios: Les Professeurs de Douai dans une
lettre à M. arnaud: Est necessarium uti hoc sermone gratiae
sufficientis in sensu Thomistico ad evitandam persecutionem im-
dicative Doctrinae: M. de ligny lettre du 5 août 1690.

Q. Quare nostri authores ita disimulant, et sequuntur suas sententias?

R. Bene perovasi sumus, quod veritati magis congruum foret lo-
qui lingua, et more antiquorum, sed credimus non posse fieri hoc
tempore: M. La Ceu Professeur de Douai, lettre à M. arnaud:
Ego vehementer optarem, ut in nostris Theologicis Scholis loque-
remur de gratia et de libero arbitrio, ut de his locutus est S.
Augustinus, sed non dum pro eo adhuc datur medium. M. Rivette
lettre à M. arnaud.

Q. Estne verum, quod Papa condemnaverit nostram doctrinam
de gratia?

R. Dominus Episcopus Iprensis est condemnatus per unam fac-
tionem ligu. Moliniana; et ille tamen nunquam aliam
doctrinam de gratia aperuit, quam eam, quae est S. Augusti-
ni. Nullus Pontifex dedit unquam magis evidenti signa
fallibilitatis eorum, quam in condemnatione harum quinque
propositionum in sensu Jansenij M. de ligny. 23. Nov. 1690.

Q. Sed an non Rex Galliae sua authoritate fulcivit decisio-
nem Papae?

R. Regimen Galliae est milles crudelius, et injustius Tribu-
nali inquisitionis. Quis non videt crudelitates, et injusti-
tias, quae adhuc exercentur in Gallia contra sanctissimos Epis-
copos, sapientissimos Theologos, purissimas Virgines, et plures
alias personas omnis generis et aetatis, quas opprobrent, et conti-
nuant opprimere: L. Gerberon dans un liore intitulé: L'arche,

neque de Malines mal defendu: Oportet conari, ut nostri Reges
libentur de statu potentia exercendi similes injustitias, sive
per se, sive per suos ministros: dom Thierry de Viarxnes, actus
denuntiationis du Molinisme cap. 19: Hoc tempore oportet nos pro
cedere contra ferrum, ignes, tempus, et Principes. lettre de Han,
vard à um Brelat du 22 Fevrier 1728.

Q. Quomodo agit in nobis gratia?

R. Gratia operatur in nobis, per suavem quidem, sed etiam fortem
necessitatem. C. Abbe de Bourzeys apologie du Concile de Trente.

Q. Gratia ad credendum et orandum necessaria estne data omni-
bus hominibus?

R. Non; nam ut ait sacra Scriptura: fides non est omnium. Et licet
non omnes homines accipiunt gratiam ad credendum, sic neque
omnes accipiunt gratiam ad orandum. Godefr: Hermant catechis,
me de la grace

Q. Habentne iusti semper necessarium auxilium ad superandas
tentationes?

R. Non. Nam Deus ad sanctos humiliandos non dat illis semper aut
claram cognitionem, aut victoriosam delectationem: s. s. e. m. ibid. gra-
tia non est data nisi electis, non omnes homines habent gratiam ad
salutem necessariam: M. Feydau. Meditat: des principal: obligat:
des chretiens: Soli electi sunt illi, qui accipiunt media sufficien-
tia ad se salvandum: C. Abbe de Bourzeys. Augustin Victoricus
pag. 10.

Q. Possumusne nos cooperari gratia?

R. Leccatori non est magis possibile resistere gratia, aut illi coopera-
ri, quam huic leproso sit possibile resistere, aut cooperari sanationi
sua miraculosa. Nostra cooperatio non est quid aliud, quam opera-
tio Dei in nobis. M. Huré. Nouveau Testam: sur Matth: 8.

Quarta cctio de Charitate.

Q. Quod debet esse principium nostrarum actionum?

Q. Obedientia legis profluere debet ex fonte, et hic fons est charitas.
Quando Dei amor est illius principium interius, et Dei gloria ejus finis
tunc purum est, quod apparet exterius, alioquin non est, nisi hypocrisis,
aut falsa justitia! G. Queonell prop. 77. dam. amore dei non
amplius regnante, necesse est ut in illo regnet carnalis cupiditas, omnes
actiones ejus corrumpat! Idem prop. 95. dam. Quid aliud esse possumus
nisi tenebra, nisi aberratio, et nisi peccatum sine fidei lumine, sine
Christo, et sine charitate! Idem prop. 98. dam.

V. Estne etiam oratio peccatoris peccatum?

Q. Oratio impiorum est novum peccatum, et quod Deus illis concedit, est
novum judicium! Idem prop. 50. dam. ubique est, peccatum, ubi chan-
tas non reperitur. Eleemosyna, quas daretis, sacrificia, que offerretis,
et quid quid simile est, consumetur per ignem justitiae divinae. Reflexions
chretiens sur les misereres de l'homme pag. 120.

V. Ergo Deus non audit preces peccatorum a Deo penitentium suam con-
versionem, antequam recipiant charitatem!

Q. Sola charitas est, que Deo loquitur, eam solum Deus audit! G.
Queonell, prop. 54. dam. Preces peccatorum non placent iram Dei, sed
potius eam magis irritant. Catechisme de Mont pellier Tom 7. p. D. ch.
1. 85.

V. Quot ergo sunt virtutes, que merentur premium?

Q. Deus non remuneratur mihi charitatem, quoniam charitas sola Deo
honorat! G. Queonell, prop. 56. dam. Deus non coronat nisi charitatem,
qui currit ea alio impulsu, et ex alio motivo, invarum currit. Idem prop.
55. dam.

V. An igitur sine habitu charitatis eleemosyna, preces, et jejunia
sunt inutilia?

Q. Frustra clamamus ad Deum: Latet mi! si spiritus charitatis non
est ille, qui clamat. Idem prop. 50. dam.

V. Suntne ergo bona opera meritoria?

Q. Non solum actus virtutum moralium, ut justitia, sed etiam vir-
tutum Theologicarum non sunt meritorij, sed solum actus charitatis.
L'Abbe de Cyran dans son aurelius, pag. 190.

Q. Ergo iste, qui, perdit charitatem, perdit fidem, spem, et omnes virtutes?

Q. Nec Deus est, nec Religio, ubi non est charitas. C. Quaes. prop. 58. Dam.

Q. Charitas, de qua loquimur, an non est habitus, qui successive perditus?

Q. Augustinus, Ejus discipuli, et concilium Aurelianense intelligunt
sub nomine naturae illum amorem Dei, qui illuminabat, et inflammabat
liberam voluntatem Adami; hic amor, seu, ut nos loquimur: haec gratia
habitualis erat causa ingentium illarum virtutum, quas habebat Adamus ad
bene operandum, et hic amor non reperitur amplius in hominibus post
peccatum Adami. Nam, aut illi non habent hunc amorem, et tunc debilitat
locum libero arbitrio dominatum est peccatum, aut si recuperantur jus,
vitiam, hoc est, hunc Dei amorem, ille in ijs est, prosum debilis, et languis,
dus, et debet crescere usque in finem vitae; nam secundum ordinem à Deo
statutum, charitas, hoc est, perfecta justitia non reparatur quam pau-
lulum, et paululum successive. Jansen. de grat. prim. hom. C. 9.

Q. Proceratne peccator habitum charitatis saltem in gradu imperfecto?

Q. si fides potest, permanere habitualiter in homine pluribus mensibus
et pluribus annis antequam justificetur, seu antequam habeat illam
charitatem, perfectam, quae eum justificat; quid ergo novum et inaudi-
tum est supponere in peccatore unam qualitatem permanentem chari-
tatis, quae in eo remaneat. Jansen de gratia Chris. sal. l. 5. C. 7.

Q. An omnes actus peccatorum, qui amiserunt fidem et charitatem
sunt, reccaministri?

Q. Nulla dantur gratia, nisi per fidem: C. Quaes. prop. Dam. 20.
Quid aliud remanet anima, quae Deum, atque ipsius gratiam ami-
sit, nisi peccatum, et peccati consecutiones, superbia, paupertas, seq-
uis indigentia, hoc est, generalis impotentia ad laborem, ad orationem
et ad omne opus bonum: Item prop. 1. Dam. Virtutes corruptantes, acti-
ones gloriose, quas homines laudant, et admirantur, non sunt nisi fal-
sa virtutes, et vera peccata, si non sunt animata per amorem ejus
boni, quod solum verum bonum est. Unde non possunt haberi vera vir-
tutes sine fide, sine vera Religione, sine vera pietate. Deplom ip-
sus infelicitatem tot animarum, quae à lumine fidei non illuminatae

non possunt habere aliquem sensum vere pietatis, et qua sine hoc lumine, et sine hoc sensu vere pietatis, non solum non possunt facere aliquid bonum, sed etiam, peccant infallibiliter, in quolibet bono, quod exercent. Omnis actio libera, non tamen procedens à gratia, est certo peccatum. G. Gerberon miroir de la pieté p. 21. 27. et 29.

Q. Estne conveniens exhortari peccatores ad agenda[m] penitentiam, antequam adhuc habeant gratiam, et charitatem?

R. Quando Deus non emittit cor per interiore[m] uactionem gratia[e] suae exhortationes, et gratia[e] exteriores non inveniunt nisi ad illud magis obdurandum. G. Dues. prop. 5. d. 1. Peccator non est liber nisi ad manum sine gratia liberatoris. Idem prop. 28. Voluntas quam gratia non praeverit, nihil habet luminis nisi ad errandum; ad doris, nisi ad se precipitandum; vinum nisi ad se vulnerandum. Est capax omnis mali, et incapax ad omne bonum. Idem prop. 29. Sine gratia nihil amare possumus, nisi ad nostram condemnationem. Idem prop. 10.

Q. Quid possumus iudicare de omnibus actionibus Infidelium?

R. Non possumus aliud credere, quam quod singula mala sint, et mera peccata. M. Godefr. Hermant Catechis. de la Grace.

Q. Potestne Deus esse author peccati?

R. Deus dedit veterem legem Iudeis, ad eos inducendos in peccata. M. Godefr. Herm. Theses pro quarta Borbonica. Vetus lex per se ipsam abripiebat Iudeos in damnationem et mortem. L'abbé S. Cyrac. Aurelius. pag. 288. et 202.

Q. Peccatne aliquis, si det eleemosynam ex naturali compassione?

R. Omne quod facis ex alio principio, quam ex amore divino, est plene perditum, et ipsum hoc est peccatum. Avis sur les devoirs de l'état Religieux par un Moine de S. Maurice. pag. 251.

Quinta Lectio

De Morte IESU Christi.

Q. Estne IESUS Christus mortuus pro salute infidelium et Infidelium, qui non perseverant in iustitia?

R. IESUS Christus non plus oravit Patrem suum pro salute actorum,

na infidelium, et iustorum non perseverantium, quam pro salute
diaboli: Janſen: tom. 2. ch. 21. / IESVS Christus nullas fudit orati
ones, quam quarum finis adimpletus fuisset. Non potest dici, quod
oraverit pro aeterna salute reprobatorum, neque consequenter, quod ob
tulit adorandum sacrificium sui sanguinis, qui in se includit maxi
me divinam omnium orationum orationem. Marraudapologie, pour
les Nêres, pag. 290.

Q. An non saltem optavit, et desideravit salvator noster omnium homi
num salutem?

R. Desideria Christi semper habent suum effectum, patem intimo
cordium infert, quando eis illam optat. B. Guenell prop. St. dam.

Q. Non est iste error, dicere: quod Christus sit solus mortuus pro sa
lute predestinatorum?

R. Certum est, quod dentur reprobus, participantes de fructu
dyssimae mortis; sic fudas ipse participavit. Aliud ergo est di
cere: quod IESVS Christus sit mortuus solus pro salute predestinato
rum; et aliud: quod ille sit mortuus pro salute aeterna horum hic so
lum, qui sunt predestinati. Primum est erroneum, nam excludit
omnes eos, qui non sunt predestinati, a gratis IESV Christi. Secun
dum vero non excludit illos a fructu mortis IESV Christi, sed solus a
salute aeterna. B. Guenell dans un livre intitulé: la foi, et l'inno
cence du clergé d'Hollande.

Q. Non est hac periculosa sententia credere, quod noster salvator non sit
mortuus pro omnibus hominibus?

R. Licet hac expressio sit odiosa, nihilominus certum est, quod IESVS
Christus non habuerit voluntatem formalem moriendi, pro omnibus homi
nibus. Godef. Hermant Catechis. de la grace.

Q. Estne hoc solus, pro predestinatis, quod IESVS Christus sit mortuus?

R. Ille non est mortuus ea hoc fine, ut omnes homines participent fru
ctum sua mortis. Sed ille est mortuus ideo, ut offerat pretium sui san
guinis, ad salvandos electos, et ad dandas alias aliquas gratias tran

¶ Sequentes / Idem ibidem. / Si aliqui nihil participant de gratia, et se non
salvant, fides nos obligat ad credendum, quod IESVS Christus non oraverit
pro ijs, neque petierit eorum salutem. Si est certum, quod non omnes homines
salventur, non minus certum est, quod IESVS Christus non voluerit gene-
raliter salutem omnium hominum, neque obtulerit sua merita, neque vi-
tam suam generaliter pro salute omnium profuderit. Si aliqui non
salvantur, neque Dei Filius, neque Epus Sacer Aeternus eos salvare
voluerunt / G. Perberon. confiance Chretienne pag. 25. / Doctrina, quae
docet, quod Deus velit salvare omnes homines, fuit doctrina omnium
haereticorum. Non omnes homines habeant gratiam recuperandam ad se
salvandam. P. Quenell. la foi et pureté du clergé d'Hollande pag.
100. et 110.

V. Quid iudicas de voluntate, quam Deus habet in ordine ad salvandos
omnes homines?

R. Haec voluntas, quam Deus, ut Creator habet, salvandi omnes homi-
nes, dicitur velleitas, et est talis, quahis est in iudicio, qui velleit sal-
vare eum, quem lex obligat ad condemnandum ad mortem / P. Quenell au
S. Willast 4. decr. 1605. / Voluntas antecedens salutis omnium hominum,
non est nisi simplex velleitas, et simplex desiderium, quod non includit aliquam
preparationem medicorum, et potest dici, quod Deus per hanc antecedentem
voluntatem desiderij et voti non minus voluerit demones salvati, quam ho-
mines. Marnaud a. apologie pour les saintes Eves pag. 119.

V. Ergo Deus non vult sincere salvare omnes homines?

R. Quando Deus vult salvare animam, quocumque tempore, quocumque
loco, effectus indubitabilis sequitur voluntatem Dei. Omnes quos
Deus vult salvare per Christum, salvantur infallibiliter / P. Quenell.
prop. 12. et 30. dan. / Nemo debet dicere, quod Dei voluntas salvandi om-
nes homines sit voluntas seria, et sincera. Idem. Second. Rem. p. 115.

V. Cōspiciunt se salvare, quos Deus non vult salvare, et cōspiciunt
prædestinati tamen, perire?

R. Deus preparabit omnibus ijs, qui sunt prædestinati ad gloriam,
gratias per auxilia, quibus se salvabunt infallibiliter omnes ij, qui
se salvabunt. Pro cæteris omnibus, quos reliquit in massa peccato-

rum, et de quorum salute nunquam cogitavit, his non preparat ulla au-
silia, quibus possent, saltem potentia proxima, eo perstringere, quo eos
non destinat, et si non salvantur, non fit ideo, quia ipsi nolunt, sed quia deus
non vult eos salvare. B. Gerberon miroir de la pieté pag. 192. et 193.

Q. Possimne credere quod IESVS Christus sit pro me mortuus?

R. Quantum oportet renunciarisse rebus terrenis, et sibi ipsi, ut quis pos-
sit sibi appropriare eam confidentiam, qua dicit, IESVM Christum
suum amorem, suam mortem, suum mysterium, ut agit. S. Paulus dicit,
do: Ille me dilexit, et tradidit semetipsum pro me. B. Gues. Foi et l'
Innocence du clergé d' Hollande. p. 110.

Q. Non est autem doctrina hac Calviniana?

R. Calviniana causa non erat usque adeo mala, sed male illam defendit.
bene sentit, male locutus est. Responso de l'Abbe de S. Cyran au B.
Vincent.

Q. Sed an non Concilium Tridentinum hanc doctrinam damnavit?

R. Non loquere mihi de hoc Concilio. Hoc erat Concilium Papa et
Scholasticorum, ubi non fuit, nisi sollicita suffragiorum pressio, et
clandestina conspiratio. Idem ibidem.

Q. Voluitne Deus positive damnationem hominum?

R. Deus voluit positive excludere a vita aeterna eos, quos non praedestina-
vit, haec reprobatio non fuit solum negativa, sed positive. M. Arnaud se-
conde apologie pour Jansenius.

Sexta Sectio

De Praeceptis Divinis.

Q. Possimne semper observare praeccepta Dei?

R. Iusti quandoque impotentes sunt ad satisfaciendum alicui pra-
cepto. Haec autem impotentia oritur ex eo, quod non nisi debilitate
velint, et deus eos non confortet per suam gratiam. Arnaud considera-
tion sur l'entreprise de M. cornet.

R. Ergo hac propositio Jansenij: aliqua praeccepta Dei iustis etiam

volentibus, et conantibus, secundum presentes quas habent vires
sunt impossibilia: non est rejicienda?

Q. Hac propositio non potest rejici, nisi funditus evertatur totum
edificium gratia IESU Christi: l'Abbe de Courzey dans un écrit
intitulé: Proposition touchant la grace pag. 0. Cui deest gratia
efficax, non potest implere preceptum, neque ei hoc possibile est. 6. Que
tradition de l'Eglise romaine pag 335.

V. Sed an non iusti habent gratiam immediate post justificationem suam?

Q. Iustus in secundo instanti sua justificationis, hoc est immediate
postquam in gratiam cum deo rediit, et antequam commisit ullum
peccatum veniale, potest tentari ad peccatum mortale, et in hoc
ipso instanti non habere gratiam ad resistendum ei tentationi, nec gra-
tiam petendi illam, qua resistat; atq; ita succumberet tentationi
et peccaret dupliciter, scilicet non resistendo tentationi, altera vice
non petendo gratiam ad resistendum. Idem pag. 79 de la lettre d'
un Abbe à un President.

V. Non habemus semper gratiam seu donum Orationis?

Q. Est notabilis error aliquorum sentientium, quod homo habeat sem-
per gratiam orandi, et petendi, et quidem ita ardentem petendi, ut
infallibiliter obtineat, quod petit. Sicut ergo plures aut non petunt
gratiam, cum qua possint, et habeant vires sufficientes ad servanda
mandata, aut non petunt ita, ut debent, et quod Deus non det omnibus
gratiam petendi, aut ferventer petendi: Hic clarissimum est, quod pluribus
fidelibus deficit gratia sufficiens ad observanda precepta, et consequentes
quod non habeant semper, ut tamen aliqui doctores, potestatem ea servan-
di. Jansen. l. 3. c. 3. p. 139.

V. Non legimus in Augustino, quod Deus nihil impossibile precipiat?

Q. Sensus talium verborum est, quod Deus nihil impossibile precipiat
nature sanæ, licet per accidens sit impossibile nature infirma,
que modo est. l'Abbe de Courzey. p. 3. de la lettre à un President.

V. An non dixit S. Paulus in una epistolarum suarum, quod Deus

non sinit nos tentari ultra vires nostras?

¶ Sunt aliqui, qui destituuntur effectu hujus promissionis, quia nimiam ea illos non respicit, nec habent vires resistendi tentationi, nec gratiam necessariam, adeas, petendas, ut quiescat, et consequenter nec casus, sinendi. Item dans le P. Augustin Victorienus, pag. 68.

V. Sed an non haec promissio respicit saltem Apostolos, positos in occasione tentationum?

¶ In his occasionebus Apostoli non habuerunt gratiam, seu donum precandi, quo potuissent non peccare, sed fuerunt sibi ipsis relictis, atque ita non potuerunt non peccare. Et hac inevitabilis necessitas lapsus sui fecit eos cognoscere suam infirmitatem. Item pag. 71.

V. Obligamur ne obedire singulis mandatis Dei?

¶ Iusti in omni re debent sequi motum gratiae interioris, quae ipsis servat in vires legis, quam respiciant legem exteriorem. De quo habemus exemplum in magno quodam viro, cujus nepos corrupit quandam puellam in domo sua, hic enim vir habuit motum interiore, quo cognovit, quod obligetur, occidendo suum nepotem, vindicare, hac occasione factam offensam Dei, unde accepto clam, pugione, aut simili instrumento, nepotem confodit, dum finisset eum se amplecti velle. Deponse de P. Cyran à M. de Tardif avocat, qui l'a attesté avec serment.

V. An non homo potest quandoque se dispensare à lege Dei?

¶ Homo ob sui conservationem potest se se dispensare ab ea lege, quam Deus condidit propter ejus utilitatem. C. Ques. prop. 71. dam.

V. Estne licitum subscribere formulari?

¶ Nichil ita contrarium est spiritui Dei, et doctrinae IESV Christi, quam communia seu frequentia reddere juramenta in Ecclesia. Nam hoc est multiplicare occasiones perjuriorum, ponere laqueos debilibus, et ignorantibus, et impendere quandoque nomen, ac veritatem Dei, pessimis intentionibus: C. Ques. Super Mat. 2. 27. Durantibus jam 60 annis vidimus hoc sapientes scrutari omnes subtilitates, quibus velut aquam, perjuriam absorberent, patrata per subscriptionem for,

mularis: Item 7. mem. p. 259: medio formularis Triumphat iniquitas, calumnia exaltatus, innocentia opprimitur. M. Nicole. la Fin humaine. pag. 97.

V. Non potest formulari subscribentes excusare à perjurio ignorantia invincibilis?

Q. Ignorantia invincibilis non adfert excusationem coram Deo. M. arnaud seconde apologie pour farsen: p. 78.

V. Suntne peccaminosa illa cogitationes, quae contra praecepta habentur?

Q. Nunc cum Ecclesia declinat in occiduum, et senescit, raro accidit, ut mala cogitationes sint peccata mortalia. Jacques Boileau histor. confes: auricularis. pag 64. et 55.

V. Licetne seipsum occidere?

Q. Defectus Domini in vitam suam non impedit, quò minus se quis occidere possit. Nam quotidie videmus, quòd Rex publica, quae non habet auctoritatem in vitam nostram, eam tamen extinguit cum auctoritate, et sine contradictione per gladium justitiae. L'Abbe de S. Cyrac. Dictionar. Royal: Credo quòd sub Imperatoribus Nerone, et Tiberio Parentes obligati fuerint se se occidere ad salvanda bona familiae suae, et huiusmodi prolium. Item pag. 62.

V. Teneturne homo obedire inspirationibus?

Q. Tantum est peccatum non obedire uni inspirationi, quantum est vitare quoddam praeceptum Dei. Thes. Matth. Lejeune in Sorbona 1845.

V. An non aliquando nostri Doctores tradiderunt, quòd omnes Justi possint semper observare praecepta Dei? In quo ergo sensu hoc dicere poterant?

Q. Ego nunquam recusabo profiteri, quòd omnes Justi possint semper observare mandata Dei, etiam tunc, dum illis deest gratia efficax, eodem nempe modo, quo homines qui auctos habent oculos, videre possunt, dum sint in tenebris, in virtute potentia interioris, quam habent ad videndum. L'Quae: causa arnaldina.

V. Potestne aliquis resistere motibus concupiscentiae?

Q. Dum quis resistit, necessario accidit, ut peccet facilius, sapientius,

et cum majori intentione | Jansen. (P. de gratia Christi.) Non admittit
se o Domine, ut pondus concupiscentia mea sit majus, quam vires reser-
ventia mea. M du Bois Soliloques avec des Notes. pag. 82.

Sextima Lectio.

De Sanctificatione Diei Dominice.

Q. Quomodo debet sanctificari dies Dominicus?

R. Dies dominicus christianus debet sanctificari lectionibus pietatis,
et super omnia sanctarum scripturarum. Damnosum est velle Christia-
num ab hac lectione retrahere. G. Quis. prop. 82. Jam.

Q. Quid judicas de illa prohibitione, quam emisit Pontifex et Episcopi de non
legendi novo testamento L. Paris. Guesnelli?

R. O Quale scandalum! adoranda scriptura, quas Deus reliquit servis suis
ad eos consolandos in suo exilio, ijs tamen e manibus expta sunt, velut libes
perverfus! Terribilis excecatio! Scandalosa ordinatio respectu fratrum nos-
trorum Separatorum, nociva et perniciofa omnibus fidelibus IESU Christi!
Quid cogitasset fideles veteris Ecclesie, si simile quid statuisset aliquis
Episcopus? O Dei mei misera Ecclesia! Quomodo hodie gubernaris? S.
Paulus vult ut omnes fideles legant suas epistolas: Et Episcopus Romanus
Aechlianensis, et Cameracensis non volunt eas legi. Cui credendum est?
profecto priori, cui Deus ipse locutus est | M. Malpas a M. Arnaud.
Sermones. 1091. | Noddi valde scandalizamus, quod reperiantur Christiani,
qui non legunt sacros libros. Don Calmet sur le premier L. Paine.

Q. Videntur femine, infantes, et pauperes legere sacras scripturas?

R. Est veritas firmata in scriptura, et unanimi consensu II. Patrum
quod libri sacri sunt a sancto spiritu dictati, ut legantur, non solum a
Patribus, et doctoribus, sed etiam a fidelibus, usque ad infantes, feminas,
pauperes, et eos qui non studuerunt. Omnes Patres generaliter approba-
verunt, ut omne genus hominum sine distinctione aetatis, sexus, simplicis,
vatis, aut habilitatis legent sacras scripturas, et cum primis novum
testamentum. Neque artifices, neque rustici sunt excepti, et homi;

nes illi applicari debent. Marnaud dans le difficultez proposées à M.
Steuer 4. part. diff. 33. 37. A. 25. | Lectio sacra scriptura est pro om-
nibus. G. Luc. prop. 87. Dam. | Utile et necessarium est omni tempore, et
omni personarum generi Studere, et cognoscere spiritum, pietatem, et mys-
teria sacra scripturae. Idem prop. 79. | Est illusio, sibi persuadere, quod
notitia mysteriorum religionis non debeat communicari feminis lectione
sacrorum librorum. Non ex femininarum simplicitate, sed ex superba
virorum scientia, ortus est scripturarum abusus, et nate sunt haereses.
Idem prop. 82. Dam.

Q. Non est autem sepi sacra scriptura valde obscura pro laicis?

R. Obscuritas aenigmatis verbi Dei non est laicis ratio dispensandi seip-
sos ab ejus lectione. Idem prop. 81. Dam.

Q. Non potest ergo interdici lectione sacra scriptura certo tempore?

R. Interdicere Christianis lectionem sacra scriptura, praesertim Evan-
gelij, est interdiciere usum luminis filijs lucis, et facere ut patiantur pe-
cciam quandam excommunicationis. Idem prop. 82. Dam. | Non est in po-
testate Ecclesia prohibere etiam simplici populo lectionem Biblio-
rum. Ecclesia, quae similem diceret sententiam, non esset amplius
vera Ecclesia sed Synagoga sathana. Instructions courtes, et necessaires
p. 21. | nihil est ita indispensabile respectu hominum, quam lectio sacra-
rum scripturarum. Non est vel unus homo, qui se possit à lectione hu-
jus dispensare. Ecclesia non subsisteret sine sacra scriptura. La sainte
Bible avec de courtes notes. preface pag. 1.

Q. Multumne edificat lectio veteris testamenti?

R. Vetus testamentum, inquit Jansenius, est velut grandis comedia
l. 3. de grat. ch. 14. cap. 6.

Octava lectio De sacramentis

Q. Quomodo confiteri debemus secundum spiritum Ecclesia?

R. Quoties, plus confiteri Deo, quam hominibus. Response de l'Abbé

L'Évêque dans une lettre de la Reine agnes du 3 Mars 1639.

Q. Qui bono servit absolutio sacerdotis?

Q. Absolutio non est, nisi nota concessa remissionis, et non confert gratiam, sed solum declarat, quod anima in gratiam redierit, per dolorem poenitentiae. Et même à la mer delage: l'absolutio non est nisi ali, quod declaratorium. B. Legenot de l'Oratoire de la Sainte Virginité.

Q. Estne necessarium se accusare de omnibus peccatis mortalibus?

Q. Post accuratam meditationem eorum, quae sancti Patres conscripserunt de Sacramento Poenitentiae, invenio quod aliis exiguis numeris solum eorum peccatorum, quae nos nunc appellamus mortalia, fuerint deleta per sacramentum Poenitentiae, et quod reliqua peccata delictus, per bona opera, et per dolorem, quem de ijs habuerunt in particulari. M. Witté dans un lettre à M. Arnaud de ij Juin. 1687.

Q. Quid iudicas de praxi Ecclesiae in Sacramento Poenitentiae?

Q. Praxis, quam nunc sequitur Ecclesia in Sacramento Poenitentiae, facta est impoenitentia. Praxis Ecclesiae, neque est excellentissima, neque securissima. M. Arnaud freq. commun. p. 128.

Q. Obligaturne aliquis confiteri numerum, et circumstantias peccatorum?

Q. Non est necessarium in Sacramento Poenitentiae confiteri numerum et circumstantias peccati mutantibus: l'Abbé S. Cyrac Lettre au B. Maignan de l'Oratoire: neque S. Augustinus - neque ullus Patrum unquam confessus est. Aurea Fœderis pag. 10.

Q. Debentne absolvi eos poenitentes sacerdotes, quos non novit?

Q. Non debet regulariter absolvi poenitens, qui non novitur, tunc nempe, cum confitetur, non nisi peccata venialia, velut: levia mendacia, aut dii, fractiones. Jo. Cestrius Theses Theologicae.

Q. Habeturne fundamentum, quod confessio sit sacramentum?

Q. Neque Ecclesia, neque ullus Theologus unquam dixit: quod confessio fuerit sacramentum. M. Le Maître, réponse à la remonstrance du B. Yves Japuin.

Q. Debentne agi Poenitentia post absolutionem?

Q. Satisfactio debet precedere absolutionem. Pituel d'aleth, pag. 91.

Q. Epitne bonum, ut fiat confessio publica?

Q. Natura confessionis sacramentalis exigat, ut sit publica. B. Legenot de l'Oratoire, de la Sainte Virginité.

Q. Quid est Eucharistia?

¶ Est Sacramentum, ubi anima IESV Christi se unit materia panis, qui
ita redditur corpus IESV Christi. M. Cally Curé de Caen; et L. & Nigly
de l'Oratoire dans un Thèse à Marseille

V. Quotiesne fidelibus licet frequentem usum Eucharistiae?

R. Confessari bene instructi debent refindere frequentem usum communi-
onis. M. de Ligny dans un lettre du 21 Octobre. 1690.

V. Quibus debet interdici communio?

R. Iis, qui nondum habent amorem divinum, purum, et omnis admirationis
cogitatem; item ijs qui nondum sunt perfecte uniti Deo soli, et plene
irreprehensibiles. M. Arnaud freq: Communio. chap. 7. 2. part.

V. Debenne adorare IESVM Christum in sacra hostia?

R. Sub elevatione sacrae hostiae debemus dicere: Ego te adoro in iudicio
generali, et ad dexteram Patris aeterni. M. de Lacy Heures de port royal.

V. Ego IESVS Christus non est realiter praesens in Missae sacrificio?

R. Ego vere possideo, et adoro eundem ipsum, quem Angeli adorant in caelis,
sed non possideo nisi per fidem. Imitation de IESVS Christ traduite
avec une priere affective par un Benedictin de S. Maur, pag 287. ou
par D. Morel.

V. Cui bono serviant Missae, quas pro mortuis fieri curamus?

R. Non consolantur quidem animas in purgatorio, sed in rectorio. Jo.
Opstrædt Theses Theolog.

V. Tenenturne omnes Christiani audire sacrificium Missae?

R. Quartus decimus gradus conversionis peccatoris est, quod cum sit
jam reconciliatus, habet jus a sustinendi sacrificio Missae. B. Luc: in luc
15. v. 23. prors. 89. dan: Et decimus quintus est nutriti carne IESV
Christi. Item ibid: Qui commiserunt peccatum mortale, non debent aspi-
cere sacro sacrificio. Morale du Cathol. l. 3. le 1. 3. ar. 7.

V. Esetne bonum introducere usum lingua vulgaris in precibus pub-
licis, et Missae sacrificio?

R. Iustum est, ut populi intelligant id, quod Mater facit, et petit, pro
ijs, et quod ipsi faciunt et petunt pro ea. Laudes Dei, et preces publicae in
Ecclesia pariter, pertinent ad simplicem populum. Cripere simplici
populo hoc solatium iurandi vocem suam voci totius Ecclesiae, est

onus contrarius, praxi Apostolicae, et intentioni Dei: ^{1^o} ad Corinth. 14. 16.
¶ Quæst. Rog. Darl. 86.

Nona Sectio

De cultu sanctorum et Beatissima Virginis.

Q. Quid debemus sentire de praxibus devotionis in Ecclesiam introductæ ad colendam B^m Virginem?

R. Monachi indormire faciunt simplicem pleberulam, eamque retinent in malis habitibus offendendi Deum, nec certam semper impunitatis delictorum suorum fixam, et funditam in nescio quibus devotionis simulationibus, in externo, et semi-judaico cultu consistentibus. Inter has vulgares devotiones censeri possunt, scapularia, rosaria, cingula quædam, seu funiculi certi, item alia confraternitates. Sane magna utilitas conciliaretur Ecclesie, si quis aboleret omnes hos potius, phantasticos cultus, quam vera Religionis exercitia: (M. de Ligny lettre du 21 Octobre 1690.) Multum scriberet Ecclesia, qui rosaria et scapularia exterminaret. Item lettre imprimée à M. de Tournai.

Q. Debeurione Beatam Virginem appellare Mediatrix, Avocatam nostram, Matrem misericordie et ornare. Quis imagines, altaria &c.

R. Non debet appellari Mediatrix, aut Avocata. Neque dicas, quod Maria sit Mater misericordie; minus cura hyperbolica eloquia, à quibusdam Patribus B^m Virgini attributa. Ipsa sibi prohibet, ne opines suas imagines, altaria, aut luminibus illustret. Aris salutaires de la B^m Vierge Marie à des devots indiscrets pag. 8. ij. 28. 15. 10.

Q. Quid judicas de indulgentiis?

R. Liberalitas in concedendis indulgentiis est, plane chimerica. Franc. Van Vianen Theses Theolog.

Q. Quæ mens tua de statu conjugali?

R. Status conjugalis ita purus, et perfectus atque utilis est, sicut status Virginialis. B. Regnerot de l'Oratoire de la S^m Virginité, pag. 6.

Q. Cui bono sunt vota religiosa?

R. Vota religiosa non adjuvant christianam perfectionem, nisi pro

exteriori specie, et pro imperfectis. Idem, pag. 18.

V. Quis cultus sanctorum, servandus est?

Q. Is ipse cultus sanctorum in celo regnantibus, servandus est, qui iustis in terra viventibus tribuitur. L'Évêque de Castorée Traité de St. cultus.

V. Debemusne in templo locare imaginem Dei Patris?

Q. Nequaquam cogita, quod decretum Alexandri VIII nos impediat credere, quod non conveniat in templo locare imaginem Dei Patris. Aditi, ons aux notes courtes, et modernes, pag. 16. item application du premier précepte du decalogue.

V. Quid iudicas de S. Francisco Salesio?

Q. Franciscus Salesius fuit infectus erroribus Semi-Calayanorum. Liberti Hennebel Theses Theolog. 1680.

V. Consummatione dubitare de sanctitate eorum, quos Papa canonizavit?

Q. Ioannes Capistranus fuit canonizatus ab Alexandro VIII. Eius tamen doctrina non minus est perniciofa; At si dubitamus de sanctitate Eius, adhuc tamen erimus boni Catholici. Idem ibidem.

DD

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :



ul. Krzemowa 1

62-002 Suchy Las

www.digital-center.pl

biuro@digital-center.pl

tel./fax (0-61) 665 82 72

tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.

Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.